

I. N. J.

De

JACOBO  
MINORE, JUSTO,  
APOSTOLO;  
Ejusque  
EPISTOLA CANONICA,  
DISPUTATIO.

Quam

Annuente Ampliss. Fac. Phil.

PRÆSIDE

VIRO Maxime Reverendo atque Celeberrimo,  
**DN. MAG. GREGORIO**  
**STEEENMAN,**  
L. L. Or. Prof. Reg. & Ord.  
modeste examinandam s̄tit  
**JACOBUS SIEVONIUS,**  
*NYLANDIUS.*

Die. XVII. Junii A:o MDCCXLV, hor. p. m. solitis.  
In Academia Auroraæ auditorio maximo.

---

ABOM, Excid. JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typ.

S:æ R:æ Mat:æ

MAGNÆ FIDEI VIRO,

Chiliarchæ locum tenenti,

Generosissimo & Nobilissimo Domino,

D<sub>n.</sub> CAROLO KLICK,  
MÆCENATI MAGNO.

Ignoscas, Generosissime Domine, quod Tibi, quo nis-  
hil nisi magnificum dignum est, levissimum hoc munus  
sistere audeam. Non sisterem vero, nisi scirem magnis ani-  
mis illam esse indolem, ut quandique iis, que sunt minora,  
in primis dum pio offeruntur animo, delectentur ipsa ma-  
terie etiam, quæ mibi tractandam sumsi, dignitas, faciem  
mibi pollicetur ad te ad tum. Summa Tua in me meos-  
que merita id porro requirunt, ut non memori modo re-  
condantur pectore, sed etiam publice prædicentur. DEUM  
devota mente assidue precabor, velit Te Generosissime Do-  
mine, cum Familia Nobilissima, in fram inque etatem  
salvum & in eum conseruare.

NOBILISSIMI NOMINIS TUI

Cultor humillimus,  
Jacob Sievonius.

Dem Wohlgeborenen Herren Capitain,  
**Herr CARL HISING,**  
Dem Wohlgeborenen Herrn Capitain,  
**Herr JOHAN WILH.  
HISING,**

Weinen insonders Hochzuchrenden Herren  
und Gönnern.

**S**inn die zärtliche dankbegierde vor viel genossene  
Wohlthaten eine hinlängliche urtache zu einer zu-  
schrift ist, so habe ich schon alles zu vertheidigung  
der gegenwärtigen gesagt. Ich weis die Güte Ew. Wohl-  
geb. nichts anders, als mitt diesen blättern zu verehren;  
möusche auch mehr nicht, als gelegenheit zu haben, inn  
noch mehrern mein erkältliches gemüht zu beglaubigen, und  
da durch in der that zu erweisen, das ich unter anrünn-  
schung aller Götlichen segen, allezeit gedenke zu seyn.

Ihro Wohlgeb.

Demuthiger diener,  
Jacob Sievonius.

Viro Consultissimo,  
Dn. ANDREÆ LANÆO,  
Judici territoriali æquissimo.

Perquam Reverendo & Præclarissimo  
Dn. M. JACOBO SIRELIO,  
Pastori ecclesiæ Ingoënsis pærvigili.

Viro per-  
Dn ABRAH.  
Sacellano in Ca-

**H**abetis heic, Patroni & Fautores, specimen  
quod Nomina Vestra sibi præfixa gerat. Efo-  
mus animus. Accipite illud bilari facie, idque sic  
aliter esse non possum. Sinite quoque  
posterum, Vestra singulari gratia & favore frui.  
Vos salvi Iosspitesque diu-

Nominum

Cultor ob-

Jacob

Admodum Reverendo & Preclarissimo.  
Dn. GABRIELI KEPPLERO,  
Præposito & Pastori in Pojo vigilantissimo.

Spectatissimo Viro,  
Dn. HENRICO JOHANNI KREII,  
Offic. Ferr. Possestori Prudentissimo.

quam Reverendo,  
FINNONIO,  
xis meritissimo.

Academicum, omni nitore prorsus destitutum, nisi  
flagitavit hoc pignus, licet levissimum, gratis  
interpretamini, ut cum gratus eſſe cupiam,  
mibi, quemadmodum hac usque, ita etiam in  
De cetero asiduis ſuſpiriis DEUM fatigabo, ut  
vigeatis atque floreatis.

Vestrorum

ſervantissimus,  
Sievonius.


VIRO Admodum Reverendo atque Praclarissimo,  
Dn. JACOBO SIEVONIO,  
PASTORI in Caris vigilantissimo.

Parenti Optimo.

**E**x filii obsequio non agerem, si plusquam paternam Tu-  
am in me indulgentiam, Parens Optime; hac occa-  
sione silentio pretermitterem. Sed facundia lingue in gratia  
agendi impetum animi non sequitur, & nullo plane modo  
perba meritis equare valeo. Vocem praecludit beneficiorum  
Tuorum multitudo, piaque silentio illa involvere cogor,  
quibus mens venerabunda se non valet exonerare. Tibi,  
secundum DEUM, omnia debeo. Quid vero referam? Ac-  
cipe, humillimus queso, levissimum hoc specimen, qualecum-  
que sumtuum in me factorum solatium. Accipe pro beneficiis  
animum, qui non nisi cum spiritu gratus esse desinet. Acci-  
pe denique vota, que pium pectus fundit. Sit Tibi &  
Matri savissima senectus annosa, canities lesa! diemque  
supremum gaudia excipient cœlestia!

Optimi Parentis

Filius obedientissimus;  
Jacob Sievonius.



## PRÆFATIO.

**Q**ui media illa & personas, qvibus Servator usus est ad propagandam cælestem do-  
ctrinam sub initio novi fœderis, rite per-  
penderit, is mox veritatem verborum  
Paulinorum perspiciet: τὰ μαρτύρια κόσμου ἐξελέξας ὁ Θεος,  
τὰ τοὺς οὐφείς κατειχόν· ἢ τὸ αθηναϊκόν εἰς εἰρήνην  
τὸ Θεῖον, πάντα κατειχόν ταῖς ιχνούσι. Καὶ τὰ αἷς ή τὰ κόσμου ἡ  
τὸ ἐγχειρισμένα ἐξελέξατο ὁ Θεος, καὶ τὰ αἱ ὄνται, πάντα τῷ στολῇ  
κατεργάντων. Addit idem mox rationem facti hujus  
divini: ὅπως μὴ καυχήσομαι πάσαις οὐχίταις αἵτε (a). Ut  
nimisimum verbi efficacia non eloquentia & doctrina  
humana, sed virtute divina nisi animadverteatur.  
Eligebantur aliquorū homines rudes & illiterati, qvi-  
bus officium gravissimum Apostolatus credebatur.  
Hi, auxilio omni humano destituti, & ab omnibus  
contemniti habitu, stupenda tamen celeritate omnes  
fines terræ evangelii luce collustrarunt, cooperan-  
te illis ubique divina virtute. Apostoli hi, a Chri-

A

sto

(a) I. Cor. i: 27, 28, 29.

sto ipso vocati & instructi, *αντὶ ταῦτα* facti sunt *μὲν ιερούς*  
*καὶ μηχαλείστητος* (b) & tanquam familiares & do-  
 mestici, qvotidiano ejus fruebantur convictu. Debe-  
 bant enim legatorum ejus immediatorum & ex-  
 traordinariorum perlonam & decus sustinere. Di-  
 vi-  
 no spiritu ita complebantur, ut in iis, quæ fidem  
 & vitam spectant, divina fides iis tribuenda ve-  
 niat. Unde etiam factum est ut mire in omnibus  
 consentirent, utque divina virtus & efficacia ser-  
 monem illorum comitaretur (c). Addebatur his  
 donum prophetæ, & miraculorum, in Nominé  
 Iesu patrandorum (d), manuumque impositione  
 in alios conferendorum. Porro potestate judiciali  
 & legislatoria in ecclesiastico regimine spirituali  
 instruebantur, & curandi illa, quæ ordinem disci-  
 plinamque ecclesiasticam concernebant (e). Da-  
 ta est denique Apostolis universalis missio in orbem  
 universum, & catholicæ ecclesiæ cura illis de-  
 mandata; ita ut essent *destinati nationibus Magistri* (f).  
 Facultas etiam illis concedebatur, scribendi libros,  
 qui canonis ad instar, perpetua & universali gau-  
 derent auctoritate. Noræ hæ junctim sumtæ cha-  
 racterem Apostoli constituant, & nemini unquam,  
 significatione propria & eminenti, competuit hoc  
 no.

(b) 2. Pet. I: 16.

(d) Act. IV: 10.

Tertull. de prescript. heret.

(c). Act. II: 41. X: 44.

(e) Joh. XX: 22. 23.

(f) c. XX. p. 208.

nomen: (\*). nisi duodecim illis, quorum ordini  
Paulus postea fuit insertus. Elegimus ex sacro hoc  
choro Jacobum minorem, in cuius vita exponenda,  
& epistola consideranda, præsens veritablitur opella;  
quæ sibi mitiorem a B.L. expetit & pollicetur cen-  
suram.

## §. I.

**A**postolorum erant duo, Jacobi nomine insigniti.  
Unus Zebedæi filius. & Johannis frater, cuius  
mater Maria Salome, constangvinea virginis Dei-  
paræ, & ideo, ex Judæorum consuetudine, Ioror  
dicta. Hic major dicebatur exinde, quod ad Apo-  
stolatum prius vocatus fuit, majoribus gratiæ si-  
gnis a Magistro mactabatur, prior etiam martyrio  
vitam finiebat; forte etiam ideo hoc nomen tulit,  
quod major fuerit natu, & statura procerior. Ab  
Herode hic protomartyr Apostolicus capite trun-  
cabatur. Alter hic noster est, Jacobus Alphæi, cuius  
vitam enarrare breviter constituimus. Solet a  
nonnullis tertius addi in Ecclesia Apostolica Jacobus,  
(\*) non Apostolus ille quidem, sed Hieronymi.

## A 2

**tanus**  
(\*) Secundarias & laxiores vocis acceptiones in S. S. &  
apud Patres, videre cui voluere fuerit, conferat Fr. Span-  
heimii dissert. de Apostolis p. 290. seq. Is. Casauboni ex-  
ecit. In Baronium, p. 228. & precipue William Cave in  
Antiquit. Apostol. p. m. 153.

(\*) Adducti eo precipue sunt ex Hieronymi quodam loco.  
Confer. J. F. Buddei ecclesiam Apostolicam, p. 227. seq.  
vide etiam H. Benckendorff in libello: Seliger Marc

tañus antistes & episcopus, ianus ex leptuaginta  
discipulis, qui fratus Domini cognomen tulisset,  
quiue in concilio Hierosolymitano sententiam di-  
xisset definitivam. Sed opposita sententia; quæ ni-  
mirum hunc Jacobum eundem esse, cum Jacobo  
minore Apostolo, defendit, & defensorum nume-  
ro, & argumentorum pondere, multo potior est.  
Non enim est credibile, nudi alicuius episcopi  
tantam in collegio illo sacro & Apostolico fuisse  
auctoritatem, quanta fuit Jacobi. Dicitur præter-  
ea Jacobus Apostolus a Paulo diserte frater Domini  
(g); & in sequenti capite (b), uti de consilio  
Hierosolymitano manifeste loquitur, Petro & Johanni  
Jacobum jungit, eosque columnas ecclesiæ compel-  
lat. Nec Eusebius nisi binos Jacobos agnoscit. (i)

## §. II.

**S**ed jam ad vitam Jacobi proprius contemplan-  
dam accingimur. Circa parentem nostri bina  
sunt sententiarum divertia. Nonnulli eum Alphæi  
cujusdam, & Iororis, contagvineæ vel eonlobrinæ divæ  
virginis, cui Mariæ Cleophe nomen, filium afferunt.  
Alium Iosephi, cui saera virgo erat desponsata, filium  
perhibent ex primis nuptiis; cumque ita B. virgo  
fuerit ei loco novicæ, vocari illum ideo fratrem Do-  
mini, eodem sensu, quo ipse Servator Iosephi filius  
dicitur. Natus vero perhibetur ex uxore, cui  
Hieronymus nomen Eeba, Hippolytus Salomes, tri-  
buunt

terstand der ersten Christen / p. 40. seq.

(g) G. d. I. 19. (b) I. 15. 9. (i) Eusebius hist. eccl. l. II, c. 1.

buunt, cuius pater Aggi, Zachariæ, Johannis Baptistæ genitoris, fuisset frater. (k)

Huic sententiæ adstipulantur plerique veterum (l), eamque scripturæ sacræ congruentem afferunt. Recenseri enim ibi (m) putant tres jacobi nostri fratres, Iolen, Simeonem & Iudam. Binas simul illi fuisse Sorores, Mariam & Salomen. Adoptamus nos etiam eandem, ceu probabiliorem. Quamvis enim dicatur filius Alphai (n), hoc vel inde potuit oriri, quod illo cognomine gauderet Josephus, recepta illa ætate apud Judæos plurium nominum contuetudine, vel quod sectæ & scholæ caidam, quibus tum abundabat Judæa, cui nomen Ιωάννης, esset addictus. Locus & tempus nativitatis Jacobi, nec non vitæ genus, quod ante vocationem ad Apostolatum sequutus fuerit, plane ignorantur; nisi quod in Talmude Judæorum ex urbe נִירָא, ignota tamen plane in veteri geographia, ortus dicatur. Ab Epiphanio (o) sacerdos καταγόμενος τῷ παλαιῷ ιερῷ τοῦ ναοῦ fuisse afferitur. Videtur ergo, tanquam maximus natu filiorum patris, fuisse Deo dicatus, Rechabita vel Naziræus. Hinc ita rite illi patuisse perhibetur aditus. (p)

### §. III.

**N**ec sub integra Servatoris vita quidquam singulare de-

(k) Wiliam Cave, antiq. Apost. p. 580. seq. (l) Eusebius H. E. b. II c. 1 & alii.

(m) Matth. XIII. ss. 56. Marc. VI: 3. (n) Matth. X: 3.

(o) Contr. Nazar. baref. 29. p. 56. (p) Eusebii H. E. b. II. c. 23.

de Iacobo hoc nostro literis repertur consignatum.  
 Post resurrectionem vero suam peculiari apparitione eum dignatus est, cuius mentionem facit Paulus. (q) Hoc ideo factum esse refert Hieronymus ex Evangelio Hæbraeo Nazaræorum (r), quod Iacobus, degustata cœna Servatoris ultima, & dominica prima, votum & promissum fecerit, se non prius panis ulu refecturum corpus, quam de resurrectione & vita Servatoris esset certus redditus. Vix ideo illi Dominum, & panem obtulisse. Sed dum animum discipolorum ante mortem Christi meticolatum & anicipitem cogitamus, non veremur hanc narrationem fabulis accensere. Post alcensum vero Christi in cœlos primus Episcopus Hierosolymitanus constituebatur (s). Nonnulli antiquorum assertunt, hanc dignitatem illi a Christo ipso sub apparitione ejus post huma esse concessam (t). Sed credibilius est, ab Apostolis factam esse ejus electionem; idque, ut videtur, confangvinitatis respectu, quo servatorem attingebat, præsertim cum Simeoni, Successori ejus, eodem intuitu, teste Hegesippo & Eusebio (u), sedes hæc Episcopalis fuerit collata. Unde etiam Petrus & Johannes, intimæ admissionis discipuli, hanc Jacobi prærogativam, leposita contentione omni, luben-

ti

(q) 1. Corinth. XV: 7. (r) De Scriptor. Eccl. in Jacobo min.

(s) Schmid. Hist. Eccl. p. 28. (t) Pbot. epist. 117. Theophylactus. Confer Caveum l. c.

(u) cfr. Caveum, l. c. p. 584.

ti ferebant animo. Nec illi, qui episcopum hunc Hierosolymitanum alium ab Apostolo volunt, inde lucrantur quidquam, quod munus Apostolicum & doctoris universalis, cum munere Episcopi ecclesiæ cujusdam particularis, putent non bene in una persona junctim posse consistere. Non enim obstat quidquam, quin Apostolus, certo in loco aliquamdiu moratus, & munere Apostolico ibi fungens, possit dici istius ecclesiæ episcopus (x). Et respectu hujus prærogativæ, Paulus eundem post conversionem suam adiit, ἐξ ονοματος ab illo exceptus (y). Hinc etiam Petrus miraculum liberationis suæ ex carcere, nominatim Iacobo, ecclesiæ nimirum pastori & episcopo, indicari jussit. (z) Inde quoque factum est, quod præsidis partes egerit in concilio Hierololymitano; ubi, orta de ceremoniarum Mosaicarum observantia controversia, Petrus statum controversiæ exposuit, suamque adjunxit sententiam, approbatam & ulterius dilucidatam a Paulo & Barnaba, Iacobus ultimus sententiam dixit, & præmissa solenni formula: διὸ εὐαγγέλιον (a), decretum quasi Synodale protulit. (\*)

## §. IV.

(x) Ib. Itigies in selectis cap. hist. eccl. sec. I. p. 451.  
 (y) Gal. I. 19. II. 9. (z) Act. XIV. 17. (a) Act. XV.  
 19. (\*) Non esset quidem a suscepio negotio alienum,  
 conciliis hujus acta prolixius excutere. Sed otium nobis  
 fecit disputatio ante aliquot annos hec habita, de Con-  
 cilio Hierololymitano, que conseruat.

## §. IV.

**I**am ad extrema viri divini consideranda prope-  
randum est. Qui Iacobum Episcopum Hiero-  
solymitanum alium ab Apostolo assertunt, Nice-  
phoro fere consentiunt, qui hunc in Ægypto cruci-  
fixum scribit. (b) Sed cum una eademque sit  
Apostoli & Episcopi persona, in Iudea eum  
Martyrium subiisse credibilius est. Diligentia illa &  
cura, qua in administrando officio usus est Iacobus,  
ut multos Christo lucrata est animas, ita non po-  
tuit non multos illi parere adversarios. Exarsit  
vero præsertim ira illorum, postquam Paulus,  
provocatione ad Cælarem, manus eorum cruen-  
tas evalerat. Cum vero Gubernatorem Festum  
proposito suo minus faventem viderent, Successo-  
re ejus Albino adhuc agente in itinere, Ananus  
junior Pontifex, homo audax & ferox ingenio,  
cum concilio judicum, Iacobum & nonnullos alios  
tanquam contemtores legum, morti addixit (c).  
Prius vero, captatione dolosa, id persuadere ei  
voluerunt, ut a doctrina Christi populum de-  
hortaretur, utque hoc faceret, in pinna templi  
constituebatur conspicuus, Ipse vero voce magna de  
Christi divinitate testimonium illustre perhibuit,  
conclamante populo: *Hosanna filio Davidis.* Eventu  
rei delusi Pharisæi, & furore correpti, illum  
tamquam impostorem, inde præcipitem dederunt.  
Corpus lacerum genu fulcit pro hostibus orans

(b) Hist. l. II. c. 40. (c) Josephus Ant. Jud. l. XX. c. 8.

Jacobus. Sed hi lapidibus eum impetebant. Donec quis ex populo, arrepto fullonum instrumento, quo uestes excutiunt, caput illi collideret; quo peracto facinore, animam beatam mox exhalavit. Hæc de exitu Apostoli ex Hegesippo narrat Eusebius (*d*). Cum vero Iosephus, auctor coævus & hoc in negotio fide dignus, secundum judicium Seniorum, & non per tumultum, illum fuisse lapidatum afferat (*e*), vacillat aliquantum hæc Eusebii narratio. Quod vero addit idem historicus, eodem loco prope templum, quo peracta est cædes, sepulcrum illi constitutum fuisse columnæ decoratum, id manifesto falso est. Non enim solebant Iudæi quemquam, multo minus hominem ex judicii publici sententia nec traditum, intra pomœria urbis, nedum in confinio templi, sepelire. Ideoque vero magis consentanea videtur Gregorii Turonensis sententia (*f*), qui in monumento proprio, in monte oliveti parato, cui antea reliquias intulerat Zachariæ & Simeonis antiqui, illum fuisse quieti traditum prohibet. Anno ætatis suæ **XCVI.** & circa annum ab ascensu Christi in cœlos **XXIV.** terras reliquissle dicitur (*g*). Alii eum **XXIX.** annis episcopatus Hierosolymitanó præfuisse afferunt (*h*).

## B

## §. IV.

(*d*) L. c. l. n. c. 23. (*e*) loco proxime citato.

(*f*) de Glor. Martyr. l. 1. c. 27. (*g*) Epist. beres 74.

441 (*h*) Hier. de script. eccl. Heinsii unpartheqische Kirchen historie / 8. I. p. m. 601. Petav. rat. temp. p. m. 212.

**I**N vita omni Iacobus exemplum pietatis & virtutum omnium nobis sistit. De eo singularia multa narrant Eusebius, & alii ex antiquis, quorum fides sit penes auctores. Ita, tanto fervore DEUM coluisse perhibetur, tamque indefessus invigilasse precibus, ut quotidie in templum sese solus abdidet, & in genua procumbens, DEUM adoraverit; qua assiduitate procumbendi genua & frons sensum omnem demum amisisse, & ad camelinæ pellis duritiem occalluisse dicuntur (*i*). Jejunio etiam corpus læpe macerasse eum legimus, a vino quoque & sicera, nec non animato omni, per integrum vitam egisse abstemium. Nec novacula unquam caput rasit, oleo corpus unxit, aut balneo usus fuit ut literis reperitur traditum (*k*). Nudis semper incessuisse dicitur pedibus, non indutus nisi linteal veste, caput tamen mitra vel bractea ornatus. (*\**) Quæ, si dicenda fuerit sacerdotii insula, non Aaronitici, nec Christiani, sed Nazaræitici illa fuit indicium. Eluxit etiam variis & illustribus indiciis ejus erga proximum amor. Cuique benefaciendo, &

salu-

[*i*] Chrysostomus homil. V. in Matth. Eusebius l. 11. c. 23. [*k*) Eusebius, l. c. (*\**) Clemens Alexandrinus, Eusebius, Epiphanius, Hieronymus, bæc narrant. Quæ in dubium vocat Budus in ecclesia apostolica p. 813. Sed si vel maxime non omnis hæc narrationi derogaretur fides, non tamen inde lustrantur Pontificii quidquam; ad probandam vestium sacerdotalium ex ipsa ecclesia apostolica originem,

salutem hominum æternam procurando, æstatem  
transegit. Miræ erat humilitatis, neque donis su-  
is se exultit præ fratribus. Hinc, cum frater Domi-  
ni esset, servum Jesu Christi temet in inscriptione  
Epistolæ compellat. Quid ergo mirum, virum adeo  
justum JUSTI etiam nomen apud integrum populum  
obtinuisse? Didicit propria experientia Iacobus,  
& alios docuit: quod oratio justi m̄lū iꝝ uel ēverysmē-  
m (1). Hinc miraculis etiam precibus procuratis  
inclaruit. Præsertim aliquando, siccitate regio-  
nem vexante, pluviam fertilem cœlitus ob-  
tinuisse dicitur: dictusque ideo est OBLIAS vel  
OZLIAM, munimentum & justitia populi (m). Fuit in  
deliciis habitus genti Iudaicæ, ingens ad illum fie-  
bat hominum confluxus, & perlonæ non modo, sed  
etiam vestibus & tellæ, qua in docendo utebatur,  
ingens credebatur inesse sanctitas (n). Virtus  
viri hostium etiam ejus oculos perstrinxit, ita  
ut Iudei in Talmude honorificam ejus faciant men-  
tionem, tanquam hominis, qui miraculis in no-  
mine Jesu patratis inclaruerit (o). Mortem ejus  
ægre tulerunt plurimi, hinc ad regem Agrippam  
& Albinum quærelæ de facinore hoc Anani delatæ  
sunt; qui etiam eam ob cauſam post tertium men-  
sem a Pontificatu removebatur (p). Immo, prudenti-

## B2

ores

[1] *Jst. V. 16* (m) *Eusebius l. c.* (n) *conf. Caveum in vita*  
*buius apostoli, & Autores ab eo citatos.* (o) *Midr. Kobel.*  
*& Abod Zarab, c. II. vide etiam Cbr. Nold. bift. Idum. p. 394.*  
(p) *Josephus antiqu. Jud. l. XX: c. 8.*

ores Iudæorum, inter quos est Iosephus, mortem Iacobi inter causas inequitatæ mox gravis vindictæ divinæ, & internecionis populi Iudaici, referunt.

## §. VI.

**U**na est inter canonicas, & septem illas, quas ἑγκυλίς & καθολική vocarunt veteres Græci, epistola, quæ Iacobi nomen in fronte gerit, & hanc Apostolo nostro nulli dubitamus adscribere. Fuit quidem aliquando de auctore ejus dubitatum. Illi enim, qui Iacobum Iustum episcopum, alium a nostro, fingunt, ei potius quam Apostolo, ejus tribuunt consignationem. Sed ostensum est in superioribus, esse ab iis præter necessitatem & rei veritatem multiplicatas personas. Præterea inscriptio epistolæ hæc est, quod sit Ἰακὼβος τῆς Αποστολῆς, non aliis eiusdem. Nec suppetit quodquam exemplum aliud, discipulum aliquem Apostolorum, viventibus præsertim iis, epistolam canonicanam contripisse. Neque Iacobus major Apostolus pro auctore epistolæ poterit venditari, quod facit inscriptio in N. testamento Syriaco occurrens (\*). Martyrium enim subiit, antequam scribere inciperent.

(\*) Latine versa ita audit: Tres epistolæ Jacobi, Petri & Johannis, eorum scil. qui testati sunt de manifestatione Domini nostri, cum transformatus fuit ante oculos eorum in monte Tabor, viderunt etiam Mosen & Eliam loquentes cum illo. Hic fuit Jacobus Zebedæus, non Alphæus.

rent Apostoli. Sequitur ergo, nostro illius consignationem deberi. Rejecerunt illam etiam, cum reliquis epistolis catholicis, & ea, quæ ad Hebræos est, nec non Apocalypsi Iohannis, aliqui olim ex canone. Hoc primum factum esse a Marcionitis sulpicatur Buddeus (q); quæ hæresis seculo secundo longe lateque diffundebatur, & ecclesiæ doctoribus necessitatem imponebat, de horum librorum auctoritate disputandi. Cum vero non æque fortibus adversus Marcionitas pugnarent omnes argumentis, mirum non est, aliquot ex orthodoxis doctoribus seculo præsertim III. de horum librorum auctoribus & auctoritate fuisse dubios (\*). Conquirebantur etiam ex ipsa hac epistola apparentes aliquæ rationes, quæ fidem ejus divinam labetare illis visæ sunt; quod nimirum hæc epistola, contra consuetudinem reliquarum, rarissime Christi mentionem faciat. Quodque in meritis operum extollendis nimius sit Iacobus, unde etiam Paulo contrarius aliquando videtur;

præ-

(q) Theol. d. g. m. Inst. p. 146. b.

[\*] Nec defuere postea, qui hos N. T. libros deuterocanonicos immo apocryphos vocerunt. Partim ideo, quod de auctore illorum secundario, & ipsa auctoritate, fuerit aliquando dubitatum. Partim, quod ipsi dubitarent. Vixio vertitur a Pontificiis ipsi Megalandro Lutherò, quod banc Iacobi epistolam canone excluserit. Quem tamen excusat Brochman. Proleg. comm. in ep. Jac. cfr. Galov. syß. Tb. t. 1. p. 513. Gerhardi Mag. l. p. 15 seq.

præsertim] dum hominem ex operibus justificari & non  
ex fide tantum (r) afferit; cum ex adverso Paulus  
justificari hominem fide, absque legis operibus (s) doceat.  
ubi quoque (t) locum de fide Abrahami (u) ap-  
plicare videtur operibus, contra mentem Pauli (x).  
Porro inde argumentum petebatur ad convelle-  
dam epistolæ hujus auctoritatem, quod legem vo-  
cet Iacobus libertatis (y), quam servitus, mortis &  
ire ministram Paulus afferit. Sed non deflunt, quæ  
his omnibus obvertantur, Canonem enim eundem  
quem hodie servamus, fuisse in veteri ecclesia  
constitutum, & epistolam hanc Iacobæam illi illa-  
tam, gaudere hanc etiam ~~honestius~~ indiciis omni-  
bus, id a divinæ veritatis strenuis assertoribus dudum  
positum est extra controversiam, & rationibus, &  
antiquiorum fideque dignissimorum testimoniis (z).  
Quod vero rarius Christi & fidei mentionem faci-  
at hæc epistola, id ex scopo Apostoli evenit, qui  
non est, ut fidem Christianam delineet, sed ut vi-  
tam & mores Christianorum instruat; & ostendat,  
fidem non constare nuda historia, & infrugitera  
cognitione, sed suis debitibus fructibus. Hinc fre-  
quentior esse debuit in corripiendis vitiis & com-  
mendandis virtutibus. Unde nec inter illum &  
Paulum pugna ulla, ulla contradic<sup>tio</sup>, nisi appa-  
rens.

- [r] C. II. 24. [s] Rom. III. 28. [t] e. II. 23. seq. [u]  
Gen. XV. 6. (x) Rom. IV. 1. seq.  
(y) Cap. II. 12. [z] Consultatur inter alios plurimos Buddens  
in Inst. Tb. dogm. p. 137. b. seq.

rens. Silicet, Paulus hominem justificari fide sine operibus docet. Iacobus fidem se operibus non demonstrantem non esse vivam sed mortuam ostendit. In cuius asserti confirmationem etiam fidem Abrahami citat (a). De lege morali, ejusque usu apud renatos loquitur Iacobus, dum legis libertatis mentionem injicit. Paulus contra Iudeos disputat, ceremoniarum Motaicarum obseruantiam urgentes, & statum impiorum considerat, dum iugis servitutis mentionem facit.

### §. VII.

**O**ccasionem Apostolo scribendi epistolam suam dabant mali & perversi illorum Christianorum mores, qui lingua Christum profitebantur, vita vero & moribus eum negabant. Hanc professionem fidei Christianæ non sufficere ostendit, nisi actionibus illa exprimatur. Unde magis versatur circa agenda, quam credenda; magis instruit quomodo vivendum, quam quid credendum sit. Cumque Simoniani, illius ævi hæretici, fidem quandam sine operibus finixerint, & hinc omni flagitiorum generi laxarint habenas, credibile omnino evadit, illis simul oppositam esse hanc epistolam (b). Ob ymum quandam & scientiam singularem, quam sibi vindicabant Simoniani, dicti idem fuerunt Gnostici. Hinc Apostolo cum Gnosticis simul heic rem fuisse recte omnino dicitur (c). Quamvis hæc epistola, ut,

re-

(a) Conf. Budd. in eccl. Apost. p. 177. seq. (b) Tb. Itigini de heresarchis ævi Apost. p. 36. Calovius ad Jac. II. 14. (c) cfr. Omning Budd. in Eccl. Apost. p. 176, seq. p. 333. seq.

reliquæ omnes, ob communes, quas continet, vendi regulas, ad omnes Christianos pertineat, est tamen primitus speciatim dicata ratiō dōcēta Φυλαῖς τοῖς ἐν διασπορᾷ (c). iis nimirum Iudeis, qui per orbem erant dissipati. Et probabile videtur Bezæ, per eos, qui ad dies festos Hierosolymas undique comœabant, fuisse a Iacobo in plurimas regiones missam hanc epistolam. Esse vero illam consignatam brevi ante b. obitum Apostoli, multi putant (d). Circumfertur etiam sub Iacobi nomine πεντηκόντειον quoddam, quod genus & nativitatem b. virginis exponit, & Herodis tempore consignatum ab auctore ipso dicitur, dum, orta Hierosolymis rebellione quadam, in eremum cogere tur aufugere. Sed hoc spurium & sequiori ævo suppositum esse omnis dixit ecclesia, & æque subiectæ & fictæ auctoritatis, ac missa illa vel liturgia, quam latina lingua Hierosolymitanæ ecclesiae Iacobum consignasse, a Baronio (e) lepide flagitur.

### S. D. G.

[c] c. l. 1. (d) Cavers l. c. p. 392. (e) Annal. ab ann. 34.  
num. 58.

